

*De principis regalis fabularem scenicarum*

II d  
154

Ad publicam  
de  
**IDEIS FICTIS**  
Dissertationem,  
qua  
Juvenis nobilissimus & eximius  
**JO. SIGISMUND**  
**GOTTSCHALCK,**

Zittav. Luf.

Mufis Zittaviensibus

d. XVII. Febr. h. IX. An. MDCC,XXIV.

solenni rita  
valedicere decrevit,

**Viros**

dignitate, autoritate, doctrinaque  
excellentiſſimos,

ſtudiorum ſcholasticorum

**PATRONOS, PROMO-**  
**TORES,**

**FAUTORES & AMICOS,**

ca, qua par eſt, pietate  
& humanitate

invitat

**Gottfried Polycarpus Müller/**

Gymn. Di-Rect.

---

ZITTA VI Æ,

Charactere Michaelis Hartmanni.

205.





# GOTTSCHALCK

1711

aus dem Leben



Qmnes quærare veritatem, & inventam amare, debent: natura enim ita formavit hominum animos, ut non cognoscere tantum veritates, sed & consequi plurimas, omnes certe generi humano necessarias, possint. Simul ac in auram hanc prodeunt homines, occultum aliquod sub pectore salit cognoscendi varia perquirendique desiderium: & licet sint, qui ideo veritates quasdam aut negligunt, aut odio habent, quod finibus suis advertantur, omnes tamen in aliorum dictis factisque veritatem optant, querunt, & amore prosequuntur. Quam intime sit generi humano implantatus veritatis amor, vel ex eo intelligere possumus, quod vel in ipsis fictionibus, quas studio componit, veri quid, aut verisimile, desideret. Placent fabulæ, apologi, comœdiæ, licet vel integræ, vel maximam partem, fingantur: sed, si veritati, aut verisimilitudini manifesto repugnant, nemini placent. Quoties in his scenicis fabulis involuta est, & arte complicata, negotiorum humanorum series: toties omnes, qui eas vel legunt, vel audiunt, ejusdem explicationem, & rerum evolutionem, expectant, imo desiderant, verisimilem. Res esse oportet, in ipsis etiam comœdiis, admodum verisimiles, ut tametsi fictæ, representari magis, quam fingi videantur. *Scaliger de arte Poëtica, Lib. VI. cap. 3.* Quo igitur haberent scenæ artifices verisimiles evoluendi negotia involuta modos; duas excogitarunt hujus artis regulas, ex rerum causis, quibus constant & diriguntur, prono alveo emanantes. Prima est: negotia implicata per easdem causas aut similes, quibus implicata fuerè, explicari & evol-

evolyi debent. Altera est: quodsi negotium quodcunque ex propriis sibi causis expediri nequit, providentia divina, & ejus modi, secundum gentis & negotii circumstantias, in auxilium vocari debent. Duæ enim sunt in univertum negotiorum, quibus vita communis constat & explicatur, causæ universales: quarum alteram prudentiam, alteram providentiam dicere licebit. Ex prima harum regula prima, ex secunda altera efformata est: ita ut per utramque fabulæ verisimilitudo ubique conservetur. Imo usque eo veritatis aliqua specie homines ducuntur, ut ne quidem eas providentiæ divinæ rationes in ludis scenicis ferre possint, quibus non assuetæ sunt, aut negotium commode confici non potuisse opinantur. In proverbium abiit: DEUS in machina; quo veri minus similes, & à negotii explicandi circumstantiis alienos expediendi easdem modos improbarunt. Nec aliunde generalis illa veterum comitorum regula, fabulam scenicam unius tantum diei negotium comprehendere debere, fluxit; quam quod ab omni specie veri alienum duxerint, tot sæpe in nostris comœdiis combinata diversa negotia tam cito, & tam subitanea rerum commutatione, se invicem excipere potuisse. *Heinsius*, & *Vossius*, ridiculum judicant, quod *Plautus*, scenæ alias magister prudens & elegans, in *Amphitruone*, *Alcumenam* eadem die & concepisse, & peperisse, finxerit: ast errorem *Plauti* redarguentibus obrepisse errorem, graviter, ut solet, probavit scenicæ artis inter recentiores doctor exquisitissimus, *Abbas Aubignac* in *practique du theatre* Tomo I. pag. 79. seq. Sic in minimis sæpe homines secessum à veritate ferre nequeunt: imo sic eos, quos æstimamus, veritatis studiosos, & possessores, probare, in minimis quoque conmittitur. Atque hanc brevem de verisimilitudinis amore, vel in ipsis fabulis & fictionibus, commendationem illustrant adhuc ea, quæ de fictis ideis, fictionumque usu, dissertatione brevi exposuit nobilissimus juvenis *Joh. Strismund Gottschalck*, *Zittaviensis Lusatus*, in cujus gratiam & commendationem omnis hic susceptus labor est. Equidem quid veri de fictis rebus dici queat, & qua arte fictiones ad veritates invenendas aut deducendas transferri cum ratione possint, publico hoc studiorum scholasticorum specimen, docet: amorem vero veritatis, generi humano insitum, vita scholastica semper demonstravit. Jam Academiæ, quæ *Frankfurti* ad *Oderam* floret, urbe patria, & gymnasio, commutaturus, plenusque veritatis amore, in omnibus, quæ vel historia, vel civilis & vitæ attemperata Philosophia, vel denique prudentia juris complectitur, quantum homini studioso licet, vias veritatis omnes perquirere & sectari, ac si licet, à veri & verisimilitudinis tramite deflectere nunquam, secum certo mentis consilio constituit. Parentibus natus honestissimis, & tenera adhuc ætate à domesticis præceptoribus formatus, eo animo in-

gref-

gressus est, & eo studio coluit, gymnasium nostrum, quo ii solent, qui ad metam veritatis summo ardore contendunt. Nactus praeceptorem scholasticis artibus excellentissimum, *Wenzelium*, scholæ quondam nostræ moderatorem prudentissimum, & cura vitrici sui, viri probitate, dignitateque conspicui, summeque ejus amore, adjutus, ita adolevit, ut præter artem rhetoricam & poeticam, eruditarum lingvarum facultatem, & historiæ cognitionem felici studio fuerit consecutus. Successit statim veritatum philosophicarum amor, & ad rerum naturalium causas indagandas naturalis quædam propensio: qua ductus me adiit, & se aliqua Philosophiæ parte imbui passus est, ita ut studiorum scholasticorum ædificio tantum mihi licuerit addere colophonem. Iam publice disserendo, veritatisque studium sincerum omnibus demonstrando, valedicere scholæ, parentum autoritate suorum, constituit, eosque adhuc publico venerari grati animi testimonio, quorum gratia, benevolentia, & amore, hætenus usus est, utique semper serio exoptat. DEUS eum, omni veritate, rerumque cognitione amplissima, ornatum in gentis suæ honorem patriæ reddat! Solennitati autem huic publicæ dies XVII. Febr. dictus est, quo Promotores, Patroni, fautores & amici eum præsentia sua, & benevolentia perpetua, ornare & honestate velint, summo studio rogamus. P. P. XV.  
 Calend. Mart. ad MDCCXXIV.



nc



FK. 135  
25

*De principis regulis fabularum scenicarum*

II d  
154

Ad publicam  
de  
**IDEIS FICTIS**  
Differtationem,  
qua  
Juvenis nobilissimus & eximius

**IO SIGISMUND  
TSCHALCK,**

Zittav. Luf.

ausis Zittaviensibus  
Febr. h. IX. An. MDCCXXIV.

solenni ritu  
valedicere decrevit,

**Viros**

, autoritate, doctrinaque  
excellentissimos,

iorum scholasticorum

**DNOS, PROMO-**

**TORES,**

**TORES & AMICOS,**

ta, qua par est, pietate  
& humanitate

invitat

ed Polycarpus Müller/  
Gymn. Di-Rect.

**CITTA VIÆ,**  
sistere Michaelis Hartmanni.

205

